



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 6. Sueciæ Rex in Marchionatum Brandenburgensem irrumpens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. cordemur, quibus ex causis nuper ad peti-  
 A. C. 1631. tionem nostram cur minus de desideratis sub-  
 sidiis nobis gratificari posset, excusari  
 nihil minus tamen minime dubitamus, quia  
 ipsa etiam interim considerata communi  
 periculi ratione, cum alibi nihil eorum  
 quæ ad id arcendum pertinent, intermissum  
 sit, idque præterea in tempore provisum  
 ut quamprimum necessarii, ac profuturi  
 liquid subsidii ab eadem Sanctitate  
 vestra tempestive submissum sentiamus, quæ  
 res quantum vel apud nos ad fortiter  
 resistendum, vel alios ad prompte succu-  
 rendum exemplo valitura sit, ipsamet San-  
 ctitas vestra pro summa prudentia sua opti-  
 me intelligit, plura super his rebus dispo-  
 nentem Oratorem nostrum audiat, nobis  
 que & Ecclesiæ, quam diutissime sit superflua.

Idem quoque S. R. J. Electores Ca-  
 tholici a summo Pontifice petebant  
 verum Sanctitatis suæ hortationes pe-  
 rum apud Franciæ Regem profecere,  
 qui etiam præfatos Electores ac præ-  
 cipue Bavarum ad hoc fœdus velu-  
 menter sollicitabat.

## §. VI.

*Sueciæ Rex in Marchionatum Branden-  
 deburgensem irrumpens.*

*Chuver. epit. Hist. append. lib. 10.* Sub idem ferme tempus Carolus  
 Angliæ Rex per Legatum suum præ-  
 dicit

derici Palatini Comitibus restitutionem Sæc. XVII.  
 urgebat; cum autem minus æquas pro- A. C. 1631.  
 poneret conditiones, aliunde vero Gu-  
 stavus Sueciæ Rex rem armis decidere *Pufendorf.*  
 vellet, amica tractatio in irritum ceci- *Hist. de*  
 dit: non enim Suecum hyemis asperi- *Sued. tom.2.*  
 tas morabatur, quominus adolescente *pag.218.*  
 Januario in Brandenburgicum Marchio-  
 natum irruere tentaret. Itaque Gu-  
 stavo Hornio ad expugnandam Land-  
 spergam emisso, ipse cum exercitus sui  
 robore Sedinum, indeque Megapolim  
 contendit, die prima Februarii Neo-  
 brandeburgo potitus: promotis postea  
 castris Clempenaviam, & Loitsam de-  
 ditione cepit, ac præfidiariis plerum-  
 que audito Sueci Regis adventu diffu-  
 gentibus, Treptoviam & Prentzlaviam  
 occupavit. Demminum quoque omnis  
 generis comœatu reque tormentaria  
 munitissimum oppidum post trium die-  
 rum expugnationem dederat Savellius  
 Dux, cui Sueciæ Rex per ludibrium  
 dixisse fertur, quod Cæsari suo dein-  
 ceptus in Aula, non vero in castris de-  
 serviret. Postmodum rapido victoria-  
 rum cursu Gustavus Colbergam integro  
 pene semestri cinctam famis violentia,  
 Malchinum autem bellico astu subegit.  
 Pulsis igitur ex Pomerania inferiore  
 Cæsareis, Tillius, ut illata damna com-  
 pensaret, collectis undique copiis Neo-  
 bran-

Sæc. XVII. brandeburgum summa vi adorius, ex  
 A. C. 1631. pugnabat, mænibusque solo æquatis  
 ad Magdeburgi expugnationem arma  
 convertit, interea vero Gustavus Frac-  
 cofurtum ad Viadrum armorum  
 Landspergam vero deditioe in sum  
 redegit potestatem. Inde invitante  
 fortunæ flatum secutus, Silesiam in-  
 greditur, Grossa aliisque urbibus ultra  
 sese victori deditibus. Ut vero Magde-  
 burgum obsidione, qua a Tillianis archi-  
 premebatur, eo securius liberaret, Bran-  
 deburgicum Electorem, ut Spandavian  
 arcem Suecis traderet, comminata Be-  
 lini obsidione compulit, incastum  
 men Joannem Georgium Saxoniae Ele-  
 ctorem, ut suas illi vires jungeret, so-  
 licitabat, eoquod Elector adversus Cæ-  
 sare, a quo hucusque hostilia expect-  
 tus non fuisset, Magdeburgensium pe-  
 tulantiam armis asserere renueret, ne-  
 cum Sueco tam arctum fœdus pangeret,  
 vellet, quin non e re nata Cæsari  
 conciliari posset.

## §. VII.

*Magdeburgici Administratoris electi  
 etum contra Cæsarem.*

Jäger. Hist. Vix Christianus Guilielmus Marchio  
 Eccl. 1. 10. Brandenburgicus, Magdeburgensis  
 cap. 8. Administrator Sueciæ Regem in Ger-  
 maniam